

trix pronuntiatus, a sellum fortè confide-
 ravit, oblatum pabulum spernentem, ad
 aquam properare. Id ad se vir talium do-
 ctissimus reflexit, & ostensam sibi cœli-
 tus salutis viam arbitratus est: Turba quæ
 ad auxiliandum conuenerat, orauit hoc
 vnum auxilij genus exhiberet, vt ad mare
 comitaretur: Quo facto, parvæ superim-
 positus carinæ, mias Syllæ victoris euasit.
 Et huius ominis obseruationem, sibi pro-
 culdubio salutis fuisse Valerius ait: Pru-
 dentem igitur a sellum, quo consultore ac
 duce, ille Dux tātus vsus est, quem ve for-
 midatus olim Austri & Aquilonis domitor
 Auctorem fugæ, & salutis habuit. At hæc
 quidem vanitas, vt scriptum video, à Py-
 thagoreis ortum habet, qui omnia super-
 addentes oraculis, à diuinis ad humanas
 voces obseruandas animum conuerte-
 runt, cæterum more morbi contagiosi,
 breui & in populum Romanū, & in om-
 nes effusa radices egit: Hęc ergo cū cæte-
 ris extirpanda est (crede mihi lector) si er-
 roribus semel aditu dederis, frustra deinceps
 obluētaberis: Actū est, irrumpent vn-
 dique, quicquid vel audieris vel videbis,
 huc referes. Vicinoru te aliud agentium
 sermunculi, lætum ac mœstum, ociosum

D. j.